



D. O. M. A.

LIB. VI.

DESCRIPTIONIS

Imperij Sueo-Gothici,

D E

POTENTIA, DIVI-

TIIS REDITIBUS & BO-

nis Imperij Sueo-Gothici.

In Illustri Academia Aboënsi.

P R Æ S I D E

VIRO Nobilissimo ac Consultissimo.

MICHAELE GYLLENSTÄLPE

WFXIONIO, J. U. D. ac juris Polit: &

Histor. Professore P. laudatissimo, Mecenate ac

Præceptore suspiciendo,

Respondente,

GUSTAVO A. AIMÆLEO Fenno.

Publica ventilationi proposita ad diem

6. Decemb. Anni 1651.

A B O Æ,

Excudebat PETRUS Wald/ Aca. Typ.



VIRIS

*Reverendis, Politissimis ac Spe-
ctatissimis,*

DN. GREGORIO THOMÆ,
Civitatis Biörneburgensis Past: & Præpos:
Vigilantissimo & Gravissimo.

DN. SIMONI BART. GOESIO,
Cumoënsium Pastori Attentissimo.

DN. SIGFRIDO MATTHIÆ,
Pastori in Esra fidelissimo.

DN. JOHANNI JOH. GODE/
Apologista & Inspectori Comitatus Biör-
neburgensis Expeditissimo.

DN. SIGFRIDO JAC. Karhia/
Wemoënsium Præfecto promptissimo.

DN. GEORGIO CULMAN-
NO, Sacellano in Cumo pervigili.

*Benefactoribus meis benevolis, hono-
randis, Affini ac Amicis integerrimis,
hunc Lib. VI. Descript. Sueciæ
officiose offero,*

CUSTAVUS AIMÆLEUS.

LIBER VI.

D E

Potentia, Divitijs, redi-
tibus & bonis Imperij Sueo-Gothici.

CAPUT I.

De Potentiâ ejusdem in genere.

AD *Vires* seu Potentiam Regni ali-
cujus, *Thesaur: Polit: apotelesm:* 1.
hæc 6. pertinere tradit; 1. *Subditorum amo-
rem & benevolentiam*; quæ ut meritò inter
præcipua numeratur, ita hîc tam manifesta
est, ut boni Reges vel in gremio cujusvis sub-
ditorum caput ad dormiendum tutò reclia-
nare audeant; indeq; vel soli vel uno aut
altero puerulo comitati, subditis rhedâ aut
cymbâ vehentibus, se concedere semper
potuerint, tanto, inter eos, satellitio non in-
digentes, quantum exteri necessariò adhi-
bent. 2. *Imperij antiquitatem*, quæ suprâ
lib. 2.^{do} breviter exposita. 3. *Amplitudine*
nem, quæ ex Chorog: descr. lib. 1. facile pa-
tescit.

R

tescit.

tescitur. Simulq; exinde 4. *Vires unitas;*
arma; & 6. *Opes;* De quibus præcipuè hoc Libro pau-
cis etiam agendum erit. *Vires Coronæ Succicæ*
eiq; addictorum regnorum, ex ipsâ experi-
entiâ, certissimâ rerum magistrâ, clarissimè
relucent. Quæ cum amplitudine obruat
& aciem intentionis abrumpat, prisca illa
veterum Gothorum atq; Sueonum gesta,
quibus non modò cum finitimis luctati, ve-
rùm etiam gentes longissimè distitas sube-
gerunt, latissimè victricia per orbem terra-
rum arma circumferentes, propositæ brevi-
tatis causâ, silentio transiliam. Nec pro-
xima bella, nostra ætate, ad stuporem cun-
ctarum nationum, à R. GUSTAVO M. & R.
CHRISTINA Augustissimâ, feliciter ge-
sta atq; confecta, allegabo: De quibus satiùs
est tacere, quàm paucis & tenuiter dicere;
præsertim cum omnibus in illustri & aprico
posita sint. Et totus pro me orbis loquatur.
Ea saltem quæ parentum nostrorum memoriâ exantlata, brevibus attingam.

Quomodò exotici Reges, liberâ or-
dinum & populi Sueo-Gothici electione
sceptri & Coronæ hinc participes, posteaquam
bonorum hujus imperij gustum plenis buccis
hau-

hauserunt, eidem semper inhiarint, ex historijs plus quam manifestum, ac notorium est. Quæ verò causa, cur Dani Coronam Sueo-Gothicam tanto nisu ambiverint? tantâ contentione unionem & foedus sub R. Margaretâ urserint? (*Quod quam sanctè à parte Danorum sit servatum, nec ipse Erpoldus à Lindenabruch, in vitâ Marg: celare potuit.*) Anne quod Suecos adeò amarent ipsq; benè cuperent? Certè nulla alia extitit, quam imperij Sueo-Gothici V I R E S atq; *Potentia*: nimirum ut hisce subnixi & aucti omnibus formidabiles, planèq; invicti evaderent. At quomodo SUECIA ex hisce cassibus eluctata se extricavit, libertatem asseruit, triumphavit? Nullis profectò, nisi proprijs, secundum DEUM, *viribus* id obtinuit. Ecce enim cum proximo seculo *vires*, insatiabili exoticorum Regum & magistratum alienigenarum avaritiâ, infinitisq; exactionibus & pressuris, ita attenuatæ & exhaustæ viderentur, ut nihil sibi certiùs, quam perpetuam Suecorum servitutem, promitterent: Accessit horrenda & paucis inenarrabilis, Reg: Christiani II. plus quam tyrannica sævitia;

Quæ tamen in eo nonnihil, imò, plurimum, ut ait
ille, profuit. Quòd sic effectum, ut intolerabili-
bus agitatus injurijs populus, cupiditate libertati
incenderetur. At quanta Christierni hujus
Sangvinarij potentia! Is trium Regnorum
ipse Dominus; Romani pontificis favore
munitus; Imperatoris Rom: tum etiam
Hispaniarum, & universi Belgij Regis heres
ditarij invictissimi affinitate, plurimorumq;
Regum aliorum & P:pum consanguinitate,
Potentissimarum civitatum amicitia & fœ-
deribus firmatus, impedire non potuit, quin
Sueci viribus suis usi, auxilio divino & auspice
R. Gustavo I. jugum, contra pacta & dirissi-
ma juramenta impositum, excuterent, ty-
rannum longè latèq; propellentes. Nec
mora; cum Lubecensibus etiam, qui tum
satis potentes erant, & nimium sibi tribue-
runt, gravissimum bellum habuere. At
tamen vicinis adhuc suppetias ferre *Suecia*
sustinuit atq; suffecit. Laborantem, quip-
pe rem Danicam, circa eadem ferè tempo-
ra, *Svecorum* arma fulcivere. Exorto scil:
in Daniâ bello, inter Comites Oldenburgi-
cos & P:pes quosdam Germaniæ, ad quod
fœde-

foedera & affinitatis jura, Regem Suec: *Cu-*
stavum I. pertraxerunt. Hic Sueco milite,
 suis & Coronæ sumptibus, Ductore tum
 Marscho R. D. Laurentio Siggonis (è familâ
 Sparreorum, quæ nunc Baronatu illustris est) totâ fer-
 mē *Hollandiam, Scaniam & Bornholmium*, recu-
 peravit, & in manus R. Dan: Christierni 3.
 ultrò resignavit. Cui, (secundum DEUM)
 Regni Danici coronam asseruit; quâ poste-
 ri ejus deinceps adhuc potiuntur. Quam-
 vis nec intereâ solida semper domi quies:
 Siquidem nullâ fermē interjectâ respiratio-
 ne, periculosi motus Dackiani, in ipso pa-
 triæ gremio, exarserunt; multorumq; ex-
 terorum sufflaminibus foci, vix intra
 biennium restringvi potuerunt: ut alios sat
 graves in Dalekariâ & Westgothiâ tumul-
 tus brevitatis causâ subiticeam. Mox bel-
 lum Moscoviticum exortum, quod Regno
 & *Corona Suecia* immenso sumptu constabat.
 Non solum enim Moschi potentia, omnibus
 vicinis terribilis extitit; quin & non pauci
 tum hosti com meatibus auxilium tulerunt:
 Nostrates è contrâ, Anglos, Gallos, Lube-
 censes, in mari infestos habuerunt. Nec

parvam etiam auri & argenti vim expeditiones in Angliam
absorperunt; nomine R. Erici 14. ob nuptias R. Elizabethæ
susceptæ; quæ tamen fato prohibitæ sunt. Decedens
te autem R. Gustavo I. Arma in Livoniam
contra Polonum translata. Et Danicum
simul bellum, copiosâ auri & sanguinis pro-
fusione, integrum 7:nnium, sine armistitio
aut inducijs, continuatum est: Multis Frides-
rici Dan: Regis partibus palàm faventibus
atq; succurrentibus. Illis malis adhuc
gravius accessit; *Interna discordia*: Quâ R.
Ericus in fratrem Pipem Johannem Fennin-
giæ Ducem ferebatur. (*Quam senes decre-
piti, in hac regione Bröder Kriget, id est, frater-
num bellum, vocant*) Eumq; cum conjugè, fi-
liâ Regis Poloniæ, arctissimo clausum carce-
re, quinquennium tenuit. *Hac tempestate
multorum clarorum virorum sanguine Suecica
bellus commaculata & quavis dirissima passa fuit.*
At vix dum composito bello Danico perni-
ciosissimum, tædiosum ac diuturnum illud
moscoviticum, in annos 24. protractum vi-
cissim erupit: quod sumptus & viros innum-
erabiles devoravit. Inde vicissim inter-
ni motus, velut turbo, patriam corripue-
runt;

runt; cum R. Sigismundus instructissimo exercitu, in gremium Ostrogothiæ, ad suorum internecionem, infestis armis irruit. Quasi verò id satis non fuisset, internis Sueciam quassari discordijs; cum potentissimis simul hostibus vicinis, Mosco atq; Polono internecinum bellum gerere; Danus etiam, hanc occasionem speculatus, inperatò Regni Gothici fines invasit, inq; limitaneas arces, proditorum operâ adjutus, penetravit. *Ex quibus tamen omnibus difficultatibus, licet maximis atq; densissimis, Suecia Corona suo Marte, suis viribus, propriaq; potentiâ (divino tamen auxilio presupposito) eluctata est; omnesq; illos insultos, intra seculum, masculè sustinuit, fortissimeq; repulit & avertit. Idq; suo milite, suis sumptibus, incolarum & subditorum ære ac sanguine: Regno interim nullius alieno ære obstricto; nec vel unicâ arce, nedum provinciâ, extero cuiquam oppignoratâ. Nemo vicinorum nemo exterorum, milite, commeatu, pecuniâ, vel tantillum subsidij misit. Plures, uti dictum, clam vel apertè hostibus fauerunt, suppetias contulerunt, progressusq; Suecorum, posito quasi obice, tantum non prohibe-*

buerunt. Hi tamen proprijs, per divinam gratiam, lacertis cunctas istas difficultates superârunt. Unde POTENTIAM & VIRES hujus imperij, tanquam in speculo & brevissimâ Synopsi, contemplari & dijudicare licet.

Deridenda proinde Jonæ Koldingensis in Danizæ descript: Vanitas, ne dicam impudentia; Ubi Sueciam duo de viginti præliis attritam & conquistam, regibus (quos ibidē recenset) Dan: Sacramentum dedisse asserit. Quæ quantum habeant veritatis, quantumq; fidei mereantur, vel leviter saltem in historiis nostris, imò & danicis, versatus facile deprehendit. SUECIAM certè ab ullo externo Rege vel P:pe in provincizæ formam unquam redactam fuisse, ex fide dignis omniq; exceptione maioribus documentis, nunquam probaverit. Quæ suis ut viveret legibus, externæ dominationis semper impatiens, armis obtinuit. Cum reliqua ferè omnia Regna Europæa (si Scotiam excipias) vel Romanorum vel aliorum iugum aliquando senserunt. At inquiet aliquis; Reges tamen Sueciæ à Danis sæpè victi & erucidati leguntur. Credo equidem: Sed cur non allegas quoties etiam à Suecis Dani victi fuerint, & luculentissimæ victoriæ reportatæ? Quod nec ipse odiose recensabo. Quos niam, ut canit Poëta:

Nullus ubiq; potest felici ludere dextrâ.

Et Fortunæ alea, si usquam, in bello valdè lubrica est & instabilis; ut Senec: loquitur.

Quem dies vidit veniens superbum;
Hunc dies vidit fugiens jacentem.

Non tamen sequitur, Rege aliquando nefariè perempto, Regnum Sueciæ mox sceleris ministro sceptrum tradidisse & coronam destinasse. Consideret paulisper quivis prudens

&

& rerum non imparitus, cum Reges prisco ævo sine magno
 satellitio Regnum obiverunt, aut in aulis suis securi degerunt,
 quàm proclive cuius nebuloni, paucorum malè feriatorum
 manu stipato, in eosdem irruere, & nihil mali metuentes è
 medio tollere fuerit! Anne mox totum Regnum tali obno-
 xium fuisse putas? Valdè, profectò, errat quisquis id credi-
 derit. Non ea unquam Suecis mens fuerat, ut exteris Re-
 gum suorum parricidis diadema aut tributa offerrent: Sæpi-
 us armis obruerunt. Exemplum cupis? Cum Henricus
 scatelet Danus, innocentissimum, optimumq; Regem S. Eri-
 cum, nihil mali metuentem, clancularià irruptione inter-
 emisset, anne mox Regnum & Coronam acquisivit? Id tes-
 tatur ac edocet templum in perpetuam rei memoriam, è spo-
 liis & exuviis Danorum, quos Sueci audita eadè Regis, undiq;
 concurrentes ad interuiccionè omnes deleverunt, extructum;
 & adhuc hodie Danmark vocatum; quod dimidio Ubsalià
 miliarium situm est. Sic Sueci regis honoribus Regis sui occifores
 mactarunt. Sed ut ad Koldingensem rede-
 am; libet paucis ejus candorem expende-
 re: quomodo scilicet Suecia toties victa
 Regibus Dan. Sacramentum dederit. Et
 quod de *Gramo* dicit; Ecce eum *Sigtrugo*
 Sueciæ Regi ferro imparem, (*cum nisi auro*
Sigtrugus superari non posset, ut disertè Saxo ait)
 ad notas conversus artes, largitiones nimi-
 rum, quibus velut aureâ clavâ filiam Regis
 Suec: aliosq; pertentans, ipsum tandem Re-
 gem sustulit, prout idem Saxo sub fabula-
 rum involucris, more suo, indicat, astu scilicet
 magis quàm potentiâ & viribus victorem

extitisse, non adjecit? Cui tamen ideo Sueciæ
Regnum non cessit, cujus defensionem ac
Regimen *Scarinus* Gothoruni R. suscepit.
Et cur *Swibdagerum* Suec: & Norveg: R. è
Suecico sanguine, occiso in ultionē *Scarini*
Gramo, fratrem conjugis *Guthormum*, tributa
pollicitum, *Danis* profecisse, ut *Saxo* ait, *Daniamq;*
tributariam fecisse, quæ verba sunt *Meursij*,
dissimulat? Imò verò cum *Hadingus*, ut in-
quit idem *Meurs:* sub signis Regis Suec: omne
tempus in operibus militaribus occupabat; anne-
tùm etiam Suecia Daniæ subiecta fuit? Nee
magis eredo cum in gratiam *Hundingi* Reg:
Suec: (quem *Meursius* hâc in parte Saxone
fabulosior, à cane dictum comminiscitur)
Hadingus Dan: R. sese suspenderat. *Fro-*
thonem I. dum Regnerum Suec: R. falsò prodition-
is insimulatum bello laceffit, armorum pondere &
astu strangulatum interÿsse *Saxo* dicit. *Sueci-*
am vicisse aut subjugasse nusquam dicit.
Quâ igitur fide *Meursius* Regnerum *Frothi-*
ni affinem (quem *Saxo* Suec: regem fuisse
disertè tradit) affectati regni (nisi Danici in-
telligat) licet falsò inculatum dicat, ipse vi-
derit. *Joh. M.* autem *Frothonem* istum
bella

bella ex orientis partibus in Sueciã transferentem, non modò à Regnero repressum, sed & captum atq; in triumphum ductum, licet ad intercessionē sororis reginæ *Swanhvitæ* libertate donatum l. 2. c. 16. edocet. Cur verò Regem Dan: *Roe* à Suecorum Rege *Hothebrodo* (quem *Lindenbruch* *Haraldū* nominat) ter victum & ultimo prælio occisum, Daniamq; Sueciæ subjctam *Kolding*: tacet? *Helgonem* etiam, clam in *Hothebrotum* hostem duxisse & victum cecidisse *Meursius* testatur. Externo patriam liberare dominio *Helgonem* voluisse, *Saxo* ait; non Sueciam subjctissē. *Hothebrotum* verò Patri *Regnero* in regno Sueciæ successisse, idem quoq; *Saxo* tradit. Quæ itidem tributa Regi Dan: *Rolvoni* attulerint sueci, nimirum arma & faces, quibus eum extinxerunt; Nec non quomodo auxiliante matre *Ursiliã*, vitrici sui Regis Sueciæ thesauros *Rolvo* furtim abduxerit, idem *Saxo* fusè commemorat. *Hothebrum* autem R. Suec: *Attili* (*Attislum* vocat) fratrem & R. *Regneri* filium fuisse, idem *Saxo* clarè testatur; eumq; Sueciæ simul & *Daniæ* imperitasse, Quem iccirco, nec non

filiois

filios *Borum ac Rodericorum* cogn: *Glingebandi*
indigenas & naturales Sueciæ Reges fuisse
manifestum est. Daniæ etiam imperium
tenuisse nemo negat. Sed quomodo hinc
concluditur Sueciam tum à Daniâ victam
& subjugatam fuisse. Contrarium certè
firmiùs necti videtur. Balderum namq;
Daniæ inhiantem ab *Hothero* victum, non
Sueciam unquam subjectam historiæ tra-
dunt. Equis verò Historicorum, regem
Daniæ *Dan II.* hominem abdomini & gulæ
deditum, nullisq; facinoribus clarum, Sue-
ciam vicisse, ausus fuit asserere? Id certè
Saxo, Ericus Pom: Lindenbr: Pontanus aut Meur-
fius, qui inter historiographos danicos fami-
liam ducunt, non annotârunt. *Hugletum*,
Sueciæ tyrannos *Hömothum & Högrinum*
(*Navarchos Suec: Regis Botvildi* fuisse ex
Joh. M. patet) *maritimo fertur oppressisse consti-*
tu, scribit *Saxo* & post eum cæteri. At ibi
de subactâ sueciâ nihil. Nec de *Frothone*
res est expeditior. *Frothonem* 4. tum, o-
perâ pugilis suecici fortissimi *Starckateri*,
multa præclara gessisse legitur; sine eo feri-
mè nihil. Nec *Hiarnonem* seu *Hiarnum* vel
Hiar-

Hiarnerum Sueciæ imperâsse, apud ullum fide dignum reperies. *Eridlevum* 11. socium sibi junxisse *Haldanum* Sueciæ Regem, ad versus Norvegos, legi; Sueciam rexisse non legi. *Unguinus* Gothorum R. Daniam quoque tenuit; Et à Rege Suecorum *Ragvaldo* victus & occissus, successorem habuit illum *Sigvvaldum* seu *Sigvardum* Dan: Regem, qui *Ragvaldum* eundem cruento prælio superavit. At hujus Reg: nepos R. Suec: *Haquinus* 1. Dan: Regem *Sigarum* vicissim oppressit. Quid verò de Dan: R. *Haraldo* 3. *Hyldebrand* cognominato dicam? quem ab *Haquino* 2. cognomine *King* Suec: Rege ingenti & famoso prælio in Campis *Bravalinis* *Smolandia*, cum innumerabili exercitu victum fuisse constat; Et à victore *Scanis Olonem*; *Sielandia*, *Fionia*, & utriq; *cimbria* illustrem fœminam *Hetham* impositâ, attestante *Sax: Meursio*, alijsq; Dan: Hist: *Siccine* Suecia attrita? Imò *Saxo* ait; *Ita in potestatem sueticam, fortuna varietas Danicum redegit imperium.* Quod tamen *Koldingensis* dissimulavit. *Omundus* quem *Ormundum* vocat *Koldingensis*, quomodo

Sueci-

Sueciam vicerit non apparet. Ejus quidem
filiam à Gotharo Suec: Rege raptam fuisse
notum est, etiam ex historia Danica; Et Sy-
vardum Omundi filium ab eodem S. R. Gos-
tharo apud Hallandiam expugnatum Saxo
fateretur: ubi etiam *Dan. R. pensionem quam
prius exigebat, exolvere* subjungitur. Num i-
gitur hic Syvardus Lodbrog fuerit, cui sue-
ciam paruisse Koldingensis innuit, ignoro.
Jarmericus, quâ arte R. Gotharum oppresse-
rit, nimirum profugorum ac seditiosorum
auxilijs, Saxo indicat. At Joh. M. Gotharum
à fratre *Fastone* trucidatum edocet, à quo ta-
men patria contra Jarmerum defensa fuit.
Snio, Regis sueciæ conjugem dolosè abduxit
(non regnum subegit) quas verò pœnas fla-
gitij luerit, ipsa Dan: historia exponit. Sed
quid *Margareta*, anne illa Regnum Sueciæ
vi subegerit? valdè profecto rerum oportet
esse ignarum qui id vel asserat vel credat.
Quippe quæ nunquam Albertum R. aut vi-
cisset aut captivasset, nisi ope Suecorum, apud
quos ille ob injurias & avaritiam publi-
co laboravit odio, adjuta fuisset. Eamq;
spontè electam Reginam, documenta, Pro-

cerum R. Suec: subscriptione munita, quæ
adhuc præ manibus sunt, satis evincunt. Et
Margaretæ imperium cum una Urbs Regia
Stockholmensis 7. m. annum spreverit,
nec prius portas aperuerit, quàm Albertus,
cui antea jurârat, aſſuiſſet: Quid ſi tota ſueci-
a, junctis viribus ſe oppoſuiſſet, anne Mar-
gareta nolentes ad ſibi ſacramentũ præſtan-
dum adigere potuiſſet? Cæteri etiam Sue-
ciæ ac Daniæ Reges *Ericus Pom. Chriſtoph:*
Bav. &c. quomodo regnum non minùs Sue-
ciæ quàm Daniæ & Norvegiæ acceperint,
nimirum per electionem non vi bellicâ, (et-
iam ſi ill: electionis à parte Danorum minùs
candidè ſervatæ fuerint) res notior eſt,
quàm ut expoſitionis indigeat. Imò R.
Ericum ab Engelberto Sueco, ſolis Suecorũ
viribus ſuffulto, bis unâ cum omnib; Danis
regno Suecico expulſum fuiſſe ſatis etiã no-
tum eſt. Et quas clades cæteri etiam Chri-
ſtierni, etſi à multis Suecorum adjuti, acce-
perint, ſatis etiam in propatulo. Mirum
igitur quid homini in mentem venerit, cum
tàm audactèr orbi glaucoma obijcere tentat
aſſerens á ſuprà nominatis Daniæ Regibus
Sueci-

Sueciam duodeviginti prælijs conquistam,
Sacramentum ijsdem dedisse. Sacramen-
tum dedit communibus Regibus; sed hoc
non magis Sueciam Daniae, quàm Daniam
Sueciae subjectam arguit. Neq; enim ideò
imperium Rom: Hispaniae subjectum fuit,
quod Carolum V. communem Reg: & Im-
peratorem agnoverint. Ex quibus ita bre-
viter examinatis abundè patet quid de hac
Koldingensis assertionem, & similibus μεγαλο-
σημοσι tenendum sit. Testor DEUM me
altercandi studio, à quo naturà abhorreo,
hæc minimè tetigisse; sed solâ veritatis ape-
riundæ necessitate, quâ astringor. Multò
minus ut vicinis quicquàm veræ laudis detra-
ham. Exaggerent usq; libet Dani, ampli-
tudinem ac potentiam suam: Nemo corda-
tus nostratum invidabit: Quin potius ho-
nori & emolumento ducet, vicinam gentem,
imò origine, lingvâ, institutis & religione e-
andem, amicitia & pacis fœdere conjunctis-
simam, potentem habere. Dummodò
absint nugæ alijs præjudicantes. Desinant
igitur & facestant vaniloquia, multum ja-
ctantia veritatis nihil, aut certè perparum
habea-

habentia. Prout non ita pridem, quidam sine victoriâ triumphum cantans, Regi suo tergemina[m] victoriâ[m] tribus Suecorum disjunctis classibus partam gratulatus est, & sempiterna[m] memoria[m] dicavit. Tanto Regi quàm plurimis virtutibus, P:pe dignis, claro & communem sortem supergresso debitum elogium detrahere quis sataget? At fingere non visa, & mundo fucum facere, quid attinet? Sileant igitur inter candidos & cordatos hujuscemodi vanitates. Quod tamen, adhuc repeto, in nullig injuriam aut animorum disjunctionem, dictum velim; sed potius amica[m] moneta[m] gratiâ, atq[ue] ut ostendam hæc viribus & Potentiâ Sueo-Gothicâ, de quâ nunc ago, ne hilum officere. Hoc enim imperium, non tantummodò hostilibus insultibus avertendis par esse, verùm quoq[ue] vel cum potentissimis, cominùs & eminùs, si necessitas postulârit, congreduendi, jugis & diuturna experientia satis edocuit: Imò ab exteris etiam scriptoribus pridem notatum est. Ita, Saxo lib. 1. in prosopopœjâ ad Hadingum Dan: R. Succia[m] incurfantem; loquitur.

*Tetro penates omine patrios,
Liquistis, hoc rus Marte sequi rati.*

Qua vana mentes ludit opinio?

Qua caeca sensus corripuit fides,

Hoc arbitantes posse solum capi?

Non amplitudo SUETICA cedere,

Non exterorum Marte valet quati. &c.

Et M. Adam: Brem: in sua Sueonia inquit. Populi Sueonum multi sunt, viribus & armis egregij; Præterea tam in equis quam in navibus juxta optimi bellatores, undè etiam suâ **POTENTIA** cæteras aquilonis gentes confringere videtur. Verò ba sunt Adami Bremensis. Nec minùs clarum testimonium, Erasmi, Mich: rerum Danicarum, lib: 6. p. m. 301.

— — Gens est Sueonum latissima magno
Imperio: Cui fors vastos subtendere fines
In boream ac frictis subiectum Aquilonibus orbem,
Et proferre dedit. &c.

Item Lib. 11. p. 456.

Pugnat quantum libeat quantumq; valebit
Dania; non tamen efficiet quin Suecia Sarc
Libertatis amans contra pugnaverit, & se
Vindicet ac patrios gladio tueatur honores.

Et paulò post:

Non ea non Sueticis est insita moribus aut vis
Aut ratio, externis ut victa subesse Tyrannis
Et parere velit. Libertas æmula totas
Exstimulat mentes, nusquamq; quiescere cogit:

Accens

Accenso donec se vindicet aurea bello
Rursus & hostiles cervicibus eximat enses,

Et iterum p. 457.

Idem animus Suecis semper fuit, & fuit idem.
Semper amor patriæ & virtus, certè, impigra, regno
Quæ decus, ac propriis munimina fortia rebus
Conciliant. Non has mutabunt secula mentes,
Non fors asperior, non læta forma iuventæ,
Semper erunt qui se pro libertate vovebunt:
Qui sese externis opponant hostibus, arma
Pro patria sumant, mortemq; pacificæ ausint. &c.

Ubi supra dicta Lætus, & ipse Danus, haud
obscurè confirmat.

C A P. II. De Potentiâ Regnorum Imperij Sveo-Gothici in specie.

Gothici Regni, quanta etiam olim fuerit potētia, ex ipsis historijs satis superq; innotescit. Loquor autem non de Gothis extra patriam egressis, quorum gesta alij atq; alij in suam laudem trahunt. *Relinquam igitur is, hâc vice, alienam gloriâ, qui propriæ diffidunt.* Sed ut intrâ patriæ terminos maneam, unde primam fuisse Gothorum originem, jam pridem inter eruditiores & cordatiores in confesso est. Quàm potentes hîc fuerint Gothorum Reges, etiam cum *Sueci & Gothi* diversis paruerunt, vel

exinde patet, quòd nunc cum Suecis, nunc cum Danis, nunc cum utriusq; simul gravissima bella gesserint, & non raro feliciter confecerint. Prout ex Joh. M. multis in locis constat. *Qui etiam quantus exercitus & quot equitum turma ex solo Verendia (Wårnsø Land) s. q. territorijs constante & s. a circiter Smolandia parte, ut hac Gothici regni vix tertia) educi possint, clare exprimit. Id certè absq; temeritate asseri potest, Gothicum Regnum vel solum ad excipiendum hostem, & defendendos fines Austrum & occidentem versus, ubi situm est, sibi sufficere. Neq; ad orientem minus robur. Magnus quippe Fenningia Ducatus, qui olim suos etiam Reges, eosq; satis potentes, habuit, adversus Moschum pro muro est, eiq; si necessitas imponitur, frænum injicere valet. Quantaq; etiam antiquitus fuerit hujus populi potentia non modò in suis finibus, sed etiam in amicis ac vicinis defendendis, inter alia etiam ex Saxonis Lib. p. patet, ubi inquit: *Biarmia um ignoti nominis Rex, subitaneâ hostium (Danorum) irruptione persulsus, simulq; conferranda cum ipsis manu fiducia vacuum, Matullum**

Fin-

Finmarchia Ducem per fugio petijt, Cujus peritissimâ sagittariorum operâ fretus Regneri (potentissimi Dan: Regis cognomento Lodbrook) apud Biarmiam hyberna per agentem impunè laceravit exercitum. Et post aliqualem istorum temporum armaturæ & pugnandi rationis descriptionem, ibidem concludit: Credendum est tunc Regnerum fortuna sua imbecillitatem admiranter tulisse, cum se olim Romani culminis (Imperat: Rom. Carol: Mag. intelligit, quem devicerat) triumphatorem ab inermi incognitoq; agmine ad ultimum usq; discrimen abripi pervideret. Itaq; qui splendidissimum Romana militia decus, maximiq; ac serenissimi Ducis insignes copias obtriverat, agrestis & ignobilis vulgi (ut ille ait) sordidissimo ac tenuissimo apparatui cessit: usq; cujus bellicam antea alacritatem fortissima gentis vis hebetare nequiverat, despicabilis populi parvulam manum. (Sic enim ille per contemptum vocitat, quamvis nec aded parvam manum nec despicabilem esse rerum periti & æqui æstimatores hunc satis intelligant.) sustinere non valuit. Et si fortè dicas magis tùm artibus pugnasse Fennos; experientia moderna, quantum nunc gladijs, sclopetis & bombardis valeant, satis edocuit.

Quanta etiam *Livonia, Æstha, In-*
grig, potentia, in obscuro non est, quæ à suis
finibus, præsertim cum latus maritimum
sub Umbonæ Sueciæ tutum est, quem vis ho-
stem facile submoverint. Ut ita Regnum
Sueciæ pressè sic dictum (olim *Ubsalensie*) in
meditullio situm à reliquis regnis & provin-
ciis facile periculo vacuum præstetur, etiam
si plures undiq; simul hostes insurgant; ut
nunc de Classe navali (de quâ infra) nihil dis-
cam. Nec de *Helsingico R.* seorsim quod
Norvegiam potentia superare constat. Sue-
ciæ autem Regnum seu *Ubsalense*, antiquitùs
inter omnia aquilonaria potentissimum fuisse,
Historici uno ore ferè omnes asserunt,
Nec uno tantum loco *Chron: Norveg: Sturles-*
sonij, id affirmat. Quin etiam tempore Suec:
R. Olai Glott Konung/ Reginam matrem
Sigrid sua tantummodò allodialia bona, in
Regno Sueciæ cum toto Regno Norvegiæ
permutare noluisse asserit. Prout ipsa pro-
co suo *Haraldo Norveg. Regi* in os dixerat.
Quid verò de toto Regno Sueciæ statuendum, si so-
lio Reginae bona allodialia & privata tanti fuerant?
Sed ad specialiora, quæ potentiam particulatè expriment,
paucis accedam.

CAP. III. De Terrestri Potentiâ.

Terra partim ipso situ, partim arcibus ac
 munitionibus, partim militibus, equitatu &
 peditatu defenditur, Quibus omnibus, si ul-
 lum Regnum, Sueciæ certè Corona, opti-
 mè firmata valet. Situs, (ut ex libro i. patet)
 hìc est: *Universum ferè imperium Sveo-gothicū*
vaso oceano & mari baltico alluitur; ubi ad plu-
ra miliaria altissimæ rupes, passim & latentia
Saxa, Scopuliq; innumerabiles accessum ad
littus, sine ductore indigenâ, impossibilem
& ineluctabilem reddunt; Cetera nubibus con-
tigui montes, impervij saltus, rapidissimaq; & amo-
plissima flumina muniunt. Quin etiam in ipsis
 regnorum meditullijs sylvæ, paludes, lacus,
 amnes, montes sæpè pro muris & propugna-
 culis fuère: quo ex improvise irruente ho-
 ste, familiâ, & sustentationi inservientibus
 assumptis, majores non rarò confugère:
Hosti nil nisi vacuas ades relinquentes. (Quas si
 combusserit, sylvæ mox novas suppetebant.)
 Unde si is numerosâ catervâ venerat, eò citis-
 us inediâ premebatur & fame consumptus
 est: Sin exiguâ manu accessit, in angustis

sylvarum thermopylis, inter flumina & mō-
tes, ubi sæpè transeundum, ab ipsis ineolis &
rusticis facilè carpebatur, non minùs quàm à
militaribus aperto Marte in campis sterneba-
tur. Nec planè tamen defunt arces etiam
munitissimæ, utpote primùm Regia *Stockhol-
mensis*, quæ amplitudine, excelitate & ma-
gnificentiâ parem in toto orbe Europæo vix
habet: deinde *Calmariensis* & *Elfzburgensis*,
illa balthico mari, hæc oceano imminens,
utraq; Gothici Regni clavis non immeritò
nominanda; *Olim proditorijs artibus magis
quàm vi cedentes; Nostrâ verò atate, per Dei gra-
tiam & defensorum egregiam fidem ac fortitudi-
nem, ab utràq; æq; immunæ ac tutæ.* Istæ
arces citrà mare limitaneæ sunt; mediter-
ranæ etiam non contemnendæ inveniun-
tur, utpotè *Zuneföpingz Slott* in Smolandia,
Wastengz Nyföpingz, Stafeborgz, in Ostrogo-
thia; *Drebroo* in Nerikiâ; *Wåsterås, Gröpps-
holmz, Bbsala, & Örbyslott.* Item claustrû
Regiæ Holmensis *Worholmen*; *Arx Bords-
holm* in Slandiâ; & *Castelholm* in Alandia.
Præcipuæ arces Fenningiæ sunt *Aboënsis* &
invictissima *Wiburgensis*, quæ majorum no-
stro-

strorum memoriâ Careliæ incolis & vicinis
 tutum contrâ Moschum sæpius præstitit per-
 fugium, cujus exercituum, plus quàm
 100000.^{bus} constantem & rabiosè incurstantè,
 exclusit ac depulit, nonnunquam infugam
 convertit. Item *Tawasthus* in *Tavastiâ*,
Arx nova seu Nyslott in *Savvolaxiâ*. (*Arx*
antiqua Episcopalis Rusto dimidio miliari Aboâ in insulâ æ-
mœnissimâ distans, nunc desolata vix rudera monstrat.)
Cis mare balthicum in Livoniâ sunt Revali-
ensis, Rigensis cum cæteris partim sup. lib. I. in
Chorog. descr. enumeratis; quibus etiam
accedunt, invictissimæ & omni humanâ vi-
superiores, Narvensis, Nöteborgensis, Kexholm-
ensisq; arces, Lama, Coporio, &c. cum arte tum
naturâ munitissimæ. Non enim nunc refe-
ram antiquas arces, superiorum seculorum
bellis desolatas, Scilicet cum exterorum Regum
insolentia & tyrannis reprimeretur; ne ex arcibus
provincijs graves essent exotici sanguisuga, multa
loca munita devastata & solo æquata sunt: quorû
nunc nomina saltem extant; ut Borg &
Nåås/ in insulâ Wisingsöo/ Gedholm/ Ape-
steen/ Korsholm/ Numblaborg/ Saraholm/ Das-
laborg/ Ringstadholm/ Åremal/ Brymschow/

Wälzborg/ Esthammar/ Agaholm. Scälet/
Archiepiscopalis quondam Arx in lacu Näs-
ler sita; ita & nobilissima Episcopalis Scas-
rensis, & artificiosissimè simulac fortissimè
constructa Cronborgensis, dimidio miliari
Wexioniâ, vestigia saltèm & rudera mon-
strant. &c. Neq; nunc de arce Lagaholm &
Wardberg in Hallandiâ; nedum munitio-
nes in solo Germanico, Svecicæ Coronæ ad-
dictas repeto. Sunt insuper aliæ S. R. M. tis
& magnatum arces optimè munitæ & ad des-
fensionem aptæ, ut Wisingsborg/ Läckö/ Hör-
ningsholm &c. Præter alias R. M. tis & pro-
cerum domus lapideas in urbibus & ruri, quæ
quidem ad habitationem, delectationem &
magnificentiam magis comparatæ, ut Suarts-
stö/ Drotningholm/ Bråborg/ Tynnelsö/ Gäfle/
Wästerwijf/ Linköping/ Norby/ Arndö/ Rydbo-
holm/ Wänegarn/ Wifby/ Tullegarn/ Sundby/
Mörebby/ Kågleholm/ Lycknäås/ Grefsnäås/
Wjst/ Finstadd/ &c. aliasq; recentiores quàm
plurimas; quarum quædam hostili insultui,
præsertim absq; grandiorib; tormētis facto,
sele opponere non ineptæ sunt. In Livoniâ
quoq; sunt arces munitissimæ; Parnaw/
Rade

Fadere/ Hapsil/ Smer Dahlen/ Wollmer/ Er-
mis/ Wendt/ Rathus/ Selgn/ Burtnich/ Pader-
norm/ Majenborg &c. Fortissima Wittensteen/
jam delolata est. Ex istis breviter allatis, facie
le colligitur, quàm munita Sueciæ Gothiæq;
regna cū subiectis provincijs olim fuerint &
adhuc sint, quomodoq; naturâ & arte contra
omnem externam vim hostilem ijsdem opti-
mè prospectum sit. Neq; viros atq; arma
haud deesse, ut probem quemquam præsto-
lari autumo, qui in memoriam revocat, &
quot hinc olim expeditiones susceptæ, &
quot quàmq; gravia bella ab hisce populis
gesta; uti nec aliquem ita in mundo hospi-
tem esse ut quot, vel hoc seculo, exercitus
quot turmas & phalanges foràs emiserit, i-
gnoret. *De prisca Suecorum ac Gothorum*
armis & antiquâ belligerandi ratione tum Ioh. M.
& Saxo sparsim agunt; tum Ol. M. ex proposito
Lib. 7. de bellicis instrumentis, ritu, causâ & cau-
telis; quæ apud ipsum videantur: Nec non lib. 9.
de campestribus bellis, ut 10. de Navalibus scripsit &
Et Lib. 11. de Glacialibus pugnis. Pugnabant
olim clavis & sagittis, quin & proximis seculis secun-
ribus: Ut patet ex antiquis rythmis, de Strage

Dano;

Danorum tempore Christiern: II. R. Dan.

Complures *Zolawed/* de Danis fullo *Dödha nedh*
Dat finem rixæ Danis, *Then Swenske Bolyre.*

Eric: Ubf: l. 6. p. 139.

Hodiè armis & instrumentis militaribus,
cum Germanis, Gallis, Hispanis, alijsq; Europæis
maximâ ex parte communibus utimur. Pugnare
verò tam equites quàm pedites Sueo-Gothi
& Fenni &c. utrisq; bellatores optimi; Nec
enim ulli genti arma tractandi dexteritate
cedunt. Quantus verò exercitus non mo-
dò brevissimo temporis spatio comparari &
educi possit, sed semper tam pace quàm bel-
lo in parato sit, ex articulo 31. Formæ Regi-
minis clarum est; ubi turmæ cum suis Du-
ctoribus, Tribunis, & officialibus recensentur,
equitum, & peditum; qui in omnem
occasionem jugiter aluntur & exercentur.
Quinimò ex provinciarum, Ducatum &
Comitatum numero, de copijs quoq; mili-
taribus facilè fit judicium: cum ex singulis
turma seu cohors peditum expediatur; Ma-
jores etiam, ut Smolandia, Westgothia &c.
duas tresve peditum turmas, & unam equi-
tum ordinariè alant, & in parato habeant.
Ut de instructissimo ordinis equestris equis
tatu

tatu, nunc nihil dicam, quem ingruente bello proprijs sumptibꝫ ad fines regni educunt, postea à Rege sustentandum. Unde brevissimo temporis spacio, ex indigenis exercitū, 30000. aut 40000. peditum; 10000. aut 12000. equitum, ultrà 6000. Nautarum, in unum locum S.R.M.tas Svec. facilimè convocare possit. Neq; de hoc Germanis, sat scio, imò nec alijs dubium esse poterit, qui singula ferè signa, *Uplandorum, Ostgothorum, Smolandorum, Westgothorum, Helsingorum, Norlandorum, Fennorum, Carelorum* &c. (Regementes vocant) nominatenùs etiam recensere possunt: præter alia subsidiaria & Regij corporis custodiæ destinata, ut (*Riffregementet*) vel à coloribus denominata, ut *Cæruleū (Blå Regemente)* luteum signum, (*Gåla Regementet*) nigrum, (*Swarta Regementet*) Rubrum, (*thet Rōda Regementet*) &c. omnia verò particulariter hic recensere brevitatis non permittit. Conf. P. Lotich; rerum Germanic: l. 32. C. 4. &c. Id obiter notandum, falsum esse quòd exteri passim de Lappis, militiae ascriptis inculcant. Nulla siquidē è Lappiā vel equitum vel peditum, vel nautarum

curms educitur: Sed piscationibus ac venationibus suis intenti domi relinquuntur. De re militari Suec & Goth. bene atq; exactè ordinatâ vide P. Berti: Coment: rerum germanicarum lib. 2. c. 16. qui etiam singulis provincijs certum equitum & peditum numerum definitum esse noverat. In Sueciâ Gothiâq; inquit numerantur vexilla sive cohortes duæ & triginta: Singulæ quingentorum, interdum etiam sexcentorum aut septingentorum capitum: &c. (Quamvis nunc numerus mutatus sit) Quinimò sola nunc Feñingia, hodiè ultra viginti hominû militarium, equitum & peditum millia (pro ut ex certissimis ac fide dignissimis rationibus accepi) effectivè (ut dicunt) numerat. Ex quibus breviter dictis, de terrestribus Sueo-Gothici imperiî Viribus & Potentiâ quodammodo constare potest.

CAP. IV, De Potentiâ Maritimâ.

Quanta etiam sit hujus Imperij potentia navalis, res ipsa per se loquitur. Unde Lotichius cit: loco inquit: *Ad summam, Suecia Regem maritimis viribus, copijs, præpolle-re in confesso est.* Quantâ cum potentiâ, imò & successu R. Svec: Ericus XIV. superiori seculo

etiam cum pluribus simul hostibus, satis potentibus, mari quoq; dimicârit, annales edocent. Hinc non nemo utile consilium Reg: Hispan: dedit, (ut publica scripta testantur.) cum Sueco, præsertim ob navalem potentiã, ad firmandas vires, fœderis jungendi. Nec mirum hîc facilè instructam haberi classẽ, cum non modò exercitatisimi Nautæ ex indigenis, urbicis & rusticis maris accolis facilimè cogantur: Verùm etiam omnia ad naves extruendas vel instruendas necessaria, domi inveniantur & tolerabili precio parentur, ut sunt *trabes, asseres, tabulae, mali, funes, pix, anchora;* Omnis quippe materies, lignum, ferrum, as, gummi, canabis, sub imperio Coronæ Svecicæ abundè provenit. Specimen verò potentiæ navalis ab expeditionibus vel hoc & proximè superiori seculo susceptis, sumi potest manifestissimũ unde quantus fuerit apparatus Classis Svecicæ, quantumq; navium numerus haud difficulter concluditur: Rex Ericus 14. Quantas etiam mari victorias reportavit, ex ejus historiã clarum est unam habuit navim *Mafalööds* i. e. sine pari; 200. tormenta vehentem. In majo 1565. classem

sem' 48. navium eduxit, Danorum & Lu-
 becentium classes aliquoties, profligavit, dis-
 sipavit: maris dominium sibi & Coronæ
 Sueciæ asserens. Portui Lubecensium im-
 minuit; Ad Mön & Falsterbon vectigal à
 Belgis alijsq; per porthmum danicum navi-
 gantibus, in conspectu Danorum exegit. Et
 Rex Joh: 3. ante transactionem Stetinensem
 70. naves majores eduxit, minoribus non
 numeratis, 18. hominum millibus classi im-
 positis; ut etiam notatum in *relatione de statu
 Regni Suecia ejus temporis apud Philip: Honorium.*
 Expeditiones navales quanto apparatu sub
 R. GUSTAVO Adolpho M. susceptæ, in
 recenti adhuc ferè omnium est memoriâ.
 Classem Regiam è portu Suetico Sandhampt
 egressam, 28. Jun. 1625. Et Dunam Livoniæ
 feliciter, Deo dante, ingressam 30. Jun: inge-
 niosissimus Poëta D. Johannes Narsius ele-
 ganti carmine descripsit: quod hîc brevita-
 tis causâ inferere non licet. Enumerantur
 autem inibi, præter onerarias, aliasq; mino-
 res, bellicæ naves maximæ & instructissimæ,
 hæ sequentes: Rijkzâplet/ Tree Troncr/ Rijkz
 Nyckel/ RijkzScepter, Stockholm/ Mercurius, Maria/
 Christina/ Apollo, Hector, Elephanten/ Achilles, Siö
 Håsten/

*Zästen/ Andromeda, Swerdet/ Orpheus, Wästerwäff/
 Hannibal, Leyonet/ Mars, Jupiter, Morgonstjernan/ Eng-
 gelen/ Jonas &c. Neq; enim tota classis hic enu-
 meratur., cum ultra 50. magnæ naves belli-
 cæ, instructissimæ, ordinariè semper in para-
 to sint. Quantoperè etiam anno 1630. cum
 inclytæ & immortalis memoriæ R. GUSTA-
 VUS M. expeditionem in Germaniam sus-
 ciperet, mare balthicum, Carbasis Suecicis
 constratum & exornatum fuerit, adhuc in re-
 centiori est memoriâ, & à *Chemnit: vol. 1, Bel:
 Sueco-Germ: lib. 2, in editione germanicâ fidelitè r
 annotatum*; Ubi præter naves magnâ ex par-
 te jam enumeratas, hæ etiam accesserunt:
*Meermannen/ Stoore Cronan/ Leoparden/ Norkö-
 ping/ Södertöping/ Delphin, S. Jacob, Lillestruzer/
 Regnbogen/ Lenhörningen/ Jungfrwn/ Arbogha/
 Ny Swerdet/ Calmar/ Swarte Zunden/ Pelicanen/
 Papegojan etc. aliæq; minores, myoparones,
 struthiones, uti vocât, celoces ac lembi Clas-
 sem sequebantur. Quanta etiam quamq;
 instructa classis triennio post, ad reducendû
 Volgasto in patriam funus regium, sub R. Am-
 miralio p. m. D. Carolo Gyldehjelm/ &c. Nobi-
 litate Sueticâ stipato, educâta sit; ipse coram præ-
 sens etiam pullatus vidi, multiq; alij mecum.
 Taceo itidem Classis Sueticæ apparatus añi**

1644. (ubi cum alijs suprà nominatis, rem
quoq; strenuè gesserant hæ naves; Små-
land; Leyonet/ Göteborg/ NyeFortuna, Swaen/ Jås-
garen/ Battan/ &c.) Paucis; nulla unquam instru-
ctior Classis enavigavit, nulla majoribus triumphis
opimioribus spolijs, luculentioribusq; victorijs rever-
sa est. Tantaq; est navium Sueticarum fir-
mitas, tantum robur, ut vel paucæ cum totâ
classè turcicâ, facilimè dimicârint. Glori-
entur alijs de multitudine navium, negociati-
onibus & mercimonijs provehendis aptarû;
Nulquam tamen quàm hîc invenietur classis
nautica bellico apparatu instructior & mar-
ti aptior. Quid enim, Coronidis loco, de
pulvere pyrio, qui hîc in patriâ, etiam à rusti-
cis, optimè & copiosissimè conficitur? Quid
de tormentis bellicis, majorib; & minorib;?
Quorum tanta copia, tanta præstâtia; ut orbi
non regno solùm sufficere queat. Dicit Philippus
Honor. in relatione de statu Regni Sueciæ 1572. tormenta ad
numerum 8000. ascendere, & in solâ Stockholmensi arce,
400. se numerasse. At ausim ego indubitato
asserere, & Holmiæ multò majorem esse, neq;
à quoquam credi, nedum rationem inire
posse (nisi ab illis quib; hæc demandata sunt)
quantus sub coronâ Sueciæ tormentorum

nume/

numerus inveniatur., Cum ille proximis hujus seculi bellis non modò in immensum accreuerit, sed & in officinis indies augeatur. Nec multis in re manifestâ est opus.

CAP. V. De Divitijs.

UT verò constet, unde tot ac tantæ machine, tantus militum numerus, tot officiales, pace & bello necessarij, sustententur, alantur ac remunerentur, divitias hujus imperij, digito quasi, brevissimè monstrabo & attingã. Sunt autem eæ tot ac tantæ, ut admiratione suspicere & stupendam DEi, in hæc borealia loca, benignitatem tacitâ gratitudinis veneratione prosequi facilius sit, imò æquius, quàm vanâ ostentatione, ob mundanam gloriam exaggerare. Divites ac potentes populi & politiæ quædam habentur, quibus ne annuus quidem victus domi suppetit, sed omnia, per mare, per terras alienas, conquirere necessum est; Imò nec ea media quibus instructi quærunt, domi habent, nisi aliundè afferantur.. At quid Corona Sueciæ, cui nihil ad sustentationem & vitæ humanæ usû necessarium natura negavit? Nonne præ o-

in omnibus merito dives judicabitur? si sursum
suspicias, aër omnibus generis volucris, plenus est;
quales sunt tetraones, sive urogalli, tetraones
minores, attagenes, perdices ac similes in de-
licijs habitæ; Olores seu cygni, fulicæ, quer-
quedulae, anates, anseres, sturni, palumbes,
turtures, columbæ, turdi &c. Si aquas rime-
ris, copiosa piscium caterva in mari, in lacubus, in
fluvij ac stagnis occurrit, qua non modò necessitati
sed & delicijs abundè sufficit; alias etiam regiones
vicinas longèq; distitas ex suâ abundantia sub-
levans. Solum si intuearis, latissima pascua, fero-
cissimi agri, numerosa pecudum greges sese offe-
runt; quin & ipsa sylva, feris varijs, cervis, damis,
leporibus alijsq; scatent, Unde fit ut omnia hîc
victui necessaria minoris veniant; & Magna-
tes, Comites ac Barones, alijsq; Nobiles, imò rustici
in Sueciâ ac Gothiâ, latius & minori sumptu,
in suis prædijs, vivere possint, quàm ulli in a-
lijs regnis. Optima ista, fecundissima, maxi-
mèq; natura congruentes sunt divitiæ ex agricultu-
râ, pecuariâ, piscatione, venatione & aucupijs pro-
venientes, quibus etiam primi mortalium &
deinceps S.æti Dei homines vacarunt ac dele-
ctati sunt. Unde & Lycurgus, optimum reip
sta.

statum introducturas, aurum & argentum relegavit, Chirographa combussit, terram colendam aequaliter dividens. Quantas etiam hinc sylvarum utilitates præstent, divitiarumque contineant, paucis dici nequit. Laudent alij pomos cydonios seu aurantios; nos Sueci haud minores ex nostris arboribus utilitates percipimus. Ex hisce domos, palatia, templa, naves adificamus; hinc cortices tegendis adibus, hinc asseres, tabulas, unde vasa & instrumenta quotidianis usibus apta petimus ac conficimus; hinc picem, oleum & medicinam haurimus; quæ omnia vel una abies, quæ alias vilissima videtur arbor, hinc frequentissima, præbet: ut nunc de quercu, & fago, unde innumera suum greges, maximo cum emolumento, saginantur nihil dicam. Betule, imò & juniperi lignationi sufficiunt. Sed quis omnes enumerârit? Montium a. viscera, si quis scrutari occipiat? hic demùm sese offert Thesaurus ille argenti, æris, ferri, omniumque metallorum & mineralium, Quem Saxo lib. 2. sub velamine Poëtico indigitat, hisce verbis:

*Insula non longè est præmollibus edita clivis
 Collibus æra tegens, & opimæ conscia prædæ,
 Hic tenet eximium montis possessor acervum. &c.*

Brevitas omnia persequi vetat. Paucis igitur; sub Corona Sueciæ nõ modò ad necessariam

sustentationem facientia, victum & amictū
præbentia, abundè suppetunt; Sed & alijs re-
gionibus ac populis subministrant. Quæ n.
majoris sunt pōderis merces, cunctæ sub Co-
ronâ Suevicâ abundè proveniunt, & ad exte-
rius etiam deportātur; Quod ex indice vecti-
galium mercibus impositorum luculentissimè
constare potest. Ubi specierum enumerantur:
varij generis æs & cuprū, rude ac elaboratū;
Orichalchum & inde facta; *Ferrum* & inde
confecta, ut loricae, globi, tormēta, anchoræ,
laminæ &c. Omnis generis pelles nobilio-
res; *lignea materia* plurimorum generum, tra-
bes, trunci, mali, asseres, querni & abiegni,
alijq; varijs usibus aptati: *Corium* multijugi
generis variè præparatum. *Linum* & *canabis*:
frumenti & *seminis* variæ species, triticū, siligo,
avena, ptisana, pisa, lini semen: & ex supra-
dictis confecta farina. Tūm *Pix* cocta & li-
quida, nec non adeps phocæ seu vituli mari-
ni, (vel quocūq; modò commodiùs latinè effe-
ratur, Sueticè *Stälträen* / & *Träen* dicimus) *Vae-
ria Piscium* genera, salitorum & muriâ condi-
torum, vel fumo ex siccatorum; ut *Esox*, ang-
villa, *Capitones*, arengæ, oculatæ, lucij, co-
bites;

bites; Dehinc & alia, utpote mineralia
 vitriolum, alumē, rubrica Suetica, sulphur:
 Item aliæ merces negociationibus aptæ, ut
 Butyrum, sebum, caseus, lardū phocæ (Sial
 spect;) cera, caro, adeps; variaq; pecudum ge-
 nera, ut tauri, equi &c. nuces, smegma, cinis,
 plumæ, pili alcis, pannus Sueticus, aliaq; ar-
 te parata, castoreum, bacca juniperi, vario-
 rumq; generum lapides, mensis, tumbis, &
 edificijs, molendinis, alijsq; usibus aptorum,
 quib. accenseantur mel, lupulus; indeq; ce-
 revisia variè præparata, & vinum adustum.
 Nec non argentum, plumbum &c. Unde pa-
 tet *Adam: Brem:* non imeritò scripsisse; *Sue-*
onia ergò est fertilissima, ager, frugibus & melle o-
pinus extra quod pecorum fœtu omnibus antefer-
tur, oportunitas fluminum sylvarumq; magna ubiq;
peregrinis mercibus omnis regio plena. Nullis e-
gere dicas Sueones opibus, exceptâ, quàm nos dilis-
gimus, sive potiùs adoramus, superbiâ. Omnia n.
instrumenta vanæ gloria, hoc est, aurum, argentû,
sonipedes regios pelles castorum & Marturum, quæ
nos admiratione sui dementant, illi pronihilo du-
aunt. Ne minus aptè Iohan. Huguetantius, J.C.
Gallus scripsit in Elogio Suecia, quod æviterno

gentis honori sacrum statuit, anno 1629.
cum totum quadrimestre, ut ipse fatetur, pa-
nem ei largita esset. Totam allegare brevitatis non
patitur; pauca excerpam; Post multa alia, ita habet.

Miramur soli tui genium, Cœliq;
Quod prægnans tellus
Sub nivibus diuturnis quasi sub favillis calescat;
Farraq; deinceps subitanè corpulenta,
Interstitio perquam exiguo
Virescant, flavescant, metantur, edantur, bibantur.

Et aliquot, de Lappis, interjectis versibus:

Apud te & domitas à te provincias,
Passim visuntur animantes miræ,
Lynx, pardus Sueticus; musq; Hermellinus;
Sciurusve monoculus, quadrupes volans;
Lutraq; cum Castore;
Mardurusq; Zabellusq; focus portatilis:
Et viverra, preciosus lucro.
Atq; Ursus, candens irâ, & pelle candidus
Rangiferq; lacte saturans aurigam suum;
Et epilepticos epilepticâ sanans
Regina cornutarum Alce;
Meliusq; quam hæc, Bifons notus Cæsari,
Livonicusq; Urus, domitæ gentis Taurus indomitus
Et Bubalus, nervis valens & mole, sed
Catenatâ nare, ludibriosum spectaculum,
Hodiernæ eheu! icon Germaniæ,
Ad liberatorem suspirantis.
In sylvis abundat abies arbor gigas,
Quæ fronte minitata diu Jovi syderi,
Tandem eedit;
Sed post casum
Neptunum fratrem verberat.
A Notburgoq; & Kexholmiâ, Gustaviscolumnis,

Ad metas usq; Mercuris

Aureo-glaucæ ventilat vexilla:

Victrixq; ferè semper, & ditata,

Ad Stœckholmiaë sinuosum penetrale,

Per scopulorum ambages,

Ad tutelam (mirum) non ad perniciem natorum,

* Millies tergiversans appellitur.

Sed hæc omnia, pygmaeorum operulam putas,

Cum stupendis comparata laboribus

Quos exanthlant cyclopes tui,

Dum scrutantur Dalekarliaë intestina;

Specusq; Giganteas, e quibus effodiant

Metalla, terræ masculæ duros fœtus,

Metalla, inquam, terræ sterilis messem opulentam,

Solum quippe Metallorum ferax, frugum minus est. Sed totum

(ut dixi) reconferre per pagellarum angustias non licet.

Credo autem ex jam allatis sat manifestum

esse, naturam coronæ Sueciæ nihil ad sustentationem & quotidianæ vitæ usum necessarium

denegasse; Voluptuaria fortassis nonnulla

desunt; sed utinam perpetuò relegentur! Melius & res publica & privata valebit;

Salubrius & diutiùs, ut majores nostri victuri sumus? Victum n. nobis convenientissimum,

aër, mare, terra, domi suppeditant; vestitui lana, linum, pelles sufficiunt. Sed ob-

ijciat aliquis; *Vino tm. & Sale Suecia destituitur.*

Vini certè levis & tolerabilis jactura; cum iste, si quis sit, defectus optimâ varij generis

cerevisiâ, è ptisanâ & lupulo confectâ, mulso

& medone, uti vocant, (*Miöd & mölsta*) ad-
 dito etiam melle; nec nõ vino sublimato, vi-
 no naturali, sapore, colore, odore & efficaciâ
 sæpè non cedentib⁹, comòdissimè reparatur.
 Nulla igitur nobis imponeretur necessitas
 potus aut vina exotica inferendi, dummodò
theologi permittere possent, quod Inocent: 8. Pontif.
Rom: circa an: Ch. 1486. Norvegis concessisse scri-
bitur, sine vino, scilicet, quocunq; suo liquore, cali-
cem sacrificare. Ut post *Crispin: & Volaterr:*
Pentanus in Chorogr: Dan: descript: annotavit.
 Quòd tamen etiam aliqua Sueciæ loca vites
 ferant & alant, quæ Sacræ Synaxeos usui suf-
 ficiant, si cultura accedat, non adeò absurdū
 videtur; *quamvis ganniat Momus.* Si n. propè
 Holmiam, & in ipsâ Urbe, uvæ ad maturitatē
 perveniunt, & hîc Aboæ, in horto *Generos:*
D. Præsidis, Dñi JOannis Kurck &c. jam
 per aliquot annos maturas uvas enatas, vidi-
 mus, palpavimus, gustavimus. Imo & Hol-
 miam ad ipsam S. R. M.^{tem} aliosq; proceres
 transmissæ sunt; Quid statuendū si vites solo
 Gothico ac Livonico, Oli propinquioribus
 debitâ curâ, inferantur. *Candidus & cordatus*
judicet; Zoilus omnia ridet. De Sale quid dicam?

Credat ne aliquis DĒum adeò imitem & naturam ita novercā, ut cui omnia reliqua abundè contulerint, optimū illud & quotidie necessarium condimentū subtraxerit? *Materies certè, unde etiam apud alias gentes sal conficitur, aqua vidz: salsa, in mari deesse non potest, etsi n. tantam hic non habeat falsedinem atq; in Hispaniā, vel fontib. germaniæ; ad eundem tn. gradū, beneficio caloris, imò etiā frigoris: (Quod hybèrno tempore congelante aquā, tenuiores eius partes absumit, falsugine relictā, ut experientia docet.) Neq; etiam media quibus sal coquitur & concrefcit hic deficiunt nimirum calor Solis, nostro hori zonti & climatib; ferè continuè æstate incū benti, (quāvis etiam frigus brumale, uti dictū, hic adjumento sit) & præterea calor ignis, ob abundantiam lignorum, negociū facilè perficit; Cum ars imitetur naturam: Instrumenta item hic, receptacula sz: aquarum è ligno & asserib;, tolerabili precio conficiuntur: lebetes æhenaq; ex plumbo, quæ commodissima materies, alijsvè metallis, longè minori sumptu quàm alibi habentur? Cur non & sal sū conatus & industria accedant? Olim salem hic coctum fuisse; refert Ol. M. lib. 13, c. 43. & 44. Et rusticos bothnienses, maris accolas, adhuc quotannis aquam marinā, sine compedijs & specioso artificio, ruditer coquere eāq; loco*

falis uti novimus; quid si veram artem addidicerint? Hanc verò integritate & eruditione eximius Vir, Magnus Rhalambig Regii Parlamenti hîc Abœ Affessor cordatissimus, longo usu certâ observatione & experienciâ, ipsâq; naturâ eduxit: quam etiam brevi publicæ luci promittit. Ubi pariter & in magna satis quantitate, & tolerabili sumptu, salem in parriâ parari posse, rationibus non levibus, demonstrat. Rumpantur ut alia momis.

CAP. VI. De Monetâ.

AD divitias cum etiâ *Moneta* spectet, de eâdem paucâ subjungam: Eam verò semper sub Coronâ Succicâ optimam fuisse (ex quo non simplici permutatione ut prisco ævo, sed propriè dictâ emptione-venditione uti ceperunt) satis constare potest; cum metalla monetæ cudendæ aptissima, eaq; optima hîc abundant. Unde & in relatione apud Honor: de st: regno: Suec: author *taleros Sueticos propter argenti puritatem in Germaniâ inter meliores haberi fatetur.* Et Bertius, *Taleri Suecici germanicis optimis nequaquã bonitate inferiores,* inquit. De antiquâ monetâ, qualis ea in specie singulorum Regû fuerit, adeò exactè constare non potest, cum pauci extiterint atiq; tatis curiosi custodes; ex ijs tn. quæ adhuc remanserunt, eiq; terrâ à fossoribus & agricolis nuperiùs erutæ sunt, & apud Magnates nonnullos asservantur, patet.

Reges Sueciæ ante multa secula, pro insigni genuino & proprio 3. coronas habuisse. Usitatiora a. monetæ in genere fuerunt antiquitus, marca (quæ nunc 4. ^{tam} thaleri partem facit, ut drachma 8. ^{vam}) ora Sueticè Öre (nunc 32. ^{da} pars thaleri) indeq; deducta Örtugh/ prout & ill. multis in locis ostendunt. Skilling seu Half Öre i. e. dimidia ora adhuc usitatus, 64. ^{tam} thaleri partem valens. Usitata etiam fuit superiori seculo sub Christier: 2. item R. Johan: 3. nec non aliquando tempore Gustavi M. moneta cuprea quadrata. Et adhuc magno negociantium compendio, ob faciliorem numerationem quadrata moneta major, quæ 5. 10. 20. vel 25. &c. thaleris æquivalet, in usu est, cui, ut & reliquæ monetæ, exteri avidè inhiant. Et certè nostri temporis moneta tam argentea, quàm cuprea, optima, quod valorè ipso pondere præstet; nec quisquam eo vel mutato vel suspensio defraudari potest. De variato subinde monetæ valore, alibi fufius. Cuditur etiam subinde, præter argentum & æs, aurum optimum: quod prioris & huius seculi nummi satis demonstrant.

CAP. VII. De Reditibus Imp. Sueo-goth:

Edictis sup: c. 5. redditus & vectigalia per se emergunt; ubi n. magni proventus &

mercimoniis, ibi reditus, Exactè verò omnia ad certum
 calculum revocare & summam absolute definire, cum annua-
 tum aliqua varietas incidat, stolidum puto: utcunq; in descri-
 ptione aliorum regnorum alii in ista *de re p. B. C.* mirifice sibi
 placeant. Quis n. prudens economus, rationes accepti & exp-
 ensi, etiam in domo sua, publicè constare velit? Cum hoc
 inter *Secreta domestica* meritò habendum; at
 quantò magis, *Secreta regni*, *Secreta erunt?*
 Imò apud nos nisi S. R. M. ti R. Senatoribus
 & inter illos præcipuè, illust: R. *Thesaurario* ac
 in ejus collegiū ascitis hæc exactè rimari fas
 non est. Unde & author relat. de st: regn.
 Suec. fatetur se *tributorum summam*, utcunq;
 magnâ adhibuerint diligentiam, *intelligere non*
potuisse. Et meritò: non n. oportet nimis curiosum esse
 in alienâ domo. At flumina, ne dicam maria, re-
 dituum Coronæ Suec: ad hosce 4. fontes seu
 scaturigines paucissimis revocabo: I. *Fodina*
Metallica, argenti, æris, ferri, sulphuris &c.
 undè incredibiles divitiæ exundant. Quippe
 cum ex 1. cuprimõte antiq; ultra 15000. pòd:
 naut: (Skippund/ quorum singula 30. cent: tenent)
 optimi æris colliguntur. Quid de reliquis p
 universa regna fodinis quamplurimis judi-
 candum? II. *Vectigalia majora & minora*, è
 mercibus exoticis & domesticis; quæ imen-
 sas sumas conficiunt, & invalescentib; mer-
 simor

eimonijs invalescunt. *III. Tributa rusticorum, coronæ immediatè reservatorum, ordinaria & extraordinaria. Nec non Urbium & oppidorum collationes.* Hinc comæatus arcibus, locis munitis & classi nauticæ paratur. Unde R. Joh: g. Legato pontificio verè dixit, Bellum quod Regi catholico uno milione constaret, sibi centum millibus thalerorum non constiturum. *IV. Omnium ordinum, ingruente necessitate, ultroneæ ac spontaneæ Contributiones, quas in Comitibus requisiti, pro ratione temporum promittunt, & promptissimè præstant.* Quanta hinc argenti, pecuniarum & victualium vis brevi haberi possit; Præsens ætas & proximæ tempestates edocuerunt. Sic latissimum & immensæ profunditatis oceanum uno q: obtutu percurri. Sapienti vel verbulum satis est: Stolidè curioso nec volumen sufficeret.

C A P. VIII. *De alijs Corona bonis.*

Esset hîc etiam de alijs publicis bonis agendum; utpote antiquo dominio Ubsalensi (Upsala ôde/ cuius mentio fit, Kong: B. L. L. c. 2. e. 3. p. 4. & 6. ex parte recensetur p. 2. e. II. Helsing L. eodem tit.) regis sustentationi olim destinato. Neq; n. de principis bonis privatis, hic agere est instituti: Et Gustav: M. sua allodialia magna ex parte Ubsalensj Academiæ dicasse notoriū est. Item de Archivis Regni, non modò Cancellariæ, sed & reliquorū collegiorum, optimè ordinatis, tum Stockholmiæ, tum hîc Aboæ, non minùs quàm in cæteris suis locis. De Bibliothecâ S. R. M. tis, quæ parem in orbe vix agnoscit. De ar-

mamentarijs instructissimis. Exoticotamijs
& *μεσηλιαρκειοις*, ubi ob raritatē preciosæ
res asservantur. De granarijs, seu Promptua-
rijs & ærario. De thesauris inventis: Bonis caducis & vacan-
tibus, Dana Arff; publicatis, Ereptitiis, Spoliis & bello acquisi-
tis, alijsq; fiscalibus & regni fiscum augmentibus. Sed brevitate
excludor, actum est plenius Disp. Pol. 7. de Bonis Regni &c.

C A P. IX: De Fœderibus.

Fœdera quæ Sueciæ potentiam stabiliunt,
potissimum sunt arctissima illa plurium regnorum (de
quibus supradictum) unio: Et Sueciæ, Gothiæ, Fennin-
giæq; plenissima confœderatio. Quæ divino cum auxilio,
Suec: Coronam, quibusvis considerabilem facit. Nec defuere
tamen olim, magis quàm h. n. cum remotis & vicinis, fœdera
utilissima. De antiquis Sueciæ & Angliæ fœderibus, vid: Joh:
M. lib. 4. c. 30. Neq; recentiora incognita sunt. De fœderib;
cum Christianissimis Galliæ Regibus superiorum temporum
in Chronic: Gust: I. agitur: Quam arcta verò fuerint nupere
rimè inter hæc Regna fœdera, quamq; sancte & inviolabili-
tèr servata, universus orbis admirabundus suspicit. Nec
defuere etiam pacta & fœdera cum alijs P: pibus & Rebuspub.
Germaniæ & Belgii &c. Adeoq; cum longè distito, Portugale
liæ Rege, amicitix vincula nexa sunt. Cum vicinissimis au-
tem vel æterna ut Dan. & Mosco: vel Temporaria pacis fœ-
dera, ut com Polono, colimus. Quæ tamen perennitatem
quoq; brevi induere sperandum.

*Imperium tantis fultum REBUSq; BONISq;
Anne, putas, possit dici esse potens?*

Corollaria.

Verum est illud ^{l.} Cosmi Medices *cujus*
& Joan. Boter. *de polit. illust: lib. 10. c. 8.*
in fin: meminit. Non habendum potentem,
qui potentiae terrestri non simul etiam na-
valem habeat conjunctam.

2. In plantis praestat equitatus; in
mari & montosis, salebrosiss atq; impeditis locis, uti-
lior est peditatus.

3. Melius publicae opes à privatis te-
nentur, quàm intra unum claustrum conservantur
& custodiuntur, uti & Constant imp: visum.

4. Aliud olim fuit *Marcus Karlgild*;
aliud *Marcus Köpgild*.

5. Sylvae, montes, flumina, paludes &c.
Sapè nō minùs muniunt quàm arces, valla & muri.

6. Borealia climata sub temperata zo-
nâ, non minùs felicia australibus: Climatibus verò
sub torridâ feliciora.

7. Marca Suetica, olim marcâ ar-
genti puri, i. e. 8. uncias valuit.